G. Krasowski Pincernae TR contumac

69

Generosus Instigator Iudicij praesentis et uti delator Generosus Albertus Krasowski Pincerna Terrae Bielscen. Actor Stephanum Mateszewski [illegible] tanquam impossessionatum nihilominus summam [illegible] debente Polonorum habentem quam praesens citatione Arestatur ex eadem summa citatum Ideo quia iuncta ad inscriptionem summae Castren. Draen. in persona olim Venerabilis Laurentij Mateszewski religiosi ordinis Sancti Francisci et eius legitimi successoris super summam octingentorum florenorum post debiti certi factam eiusdem medietas fratri citati Generoso Alexandro Mateszewski spectabat una cum provisione ab eadem summa debita nec dum Venerabili Laurentio Religioso nec fratri eius Alexandro vigore naturalis successionis tertio neque Actori hodierno ius cessum habenti solvit Vadiumque Leonis summam succubuit pro decernenda solutione et poenalis summae et vadio provisioneque pro interesse Actoris spectanti citatione ipsa de his latius sonat Ad iudicium praesens Castren. Capitale Bracen. perlatum inscriptam R. G. Kleen Benedictum Pisarski iudice clamatum et non comparentem in termino primo in poena contumaciae ex regestro ordine ac ad instantiam Iudicij praesentis iudicium condemnavit

In Causa et Actione judicii exorta inter Instigatorem judicij praesentis et ipso delatricem Nobilem Mariannam relictam olim Nicolai Grochowski actricem ab una et Nobiles Albertum ac Stanislaum filios Nobilis Melchioris Grochowski [illegible] ex altera citatos ideo quia ipsi cum alijs complicibus de nomine et cognomine sibi notis non metuendo poenas legibus Regni contra [illegible] hospitiorum in vitam hominum insontium nobilium et modo turpi trucidatores tempore et loco in praesenti Coram judicio loci Suorzed Sicut descriptis olim Nobilem Nicolaum Grochowski maritum actricis in hospicio apud [illegible] Pietrach judaeum in taberna Lelowiensi [illegible] hostiliter invadendo absolutis suis negotijs pacifice sedentem manu forti et armata inopinatum cum bombardis [illegible] irruendo

enormiter vulnerarunt et manibus ligatis ac fune in collum
imposito inter equos pedestrem domum suam bonorum Grochy
abduxerunt abductum ignominiose primum fustibus con-
cusserunt deinde tirannice vibrata framea mandibulam ab-
sciderunt tandem abscisis manibus et naso in carceres priva-
tos ad custodiam iniecerunt et per eam trucidationem lacer-
tos [illegible] vita privatus est post eiusdem corpus eius
praeterea in occultationem sceleris puteo iniecerunt
deinde ex puteo receptum in campos bonorum Bogorodzie
in curru nocte eduxerunt canibus et alijs bestijs ad devoran-
dum proiecerunt sicque omnem infamiam criminis perpetrarunt
ac poenas contra tales sancitas demeruerunt pro quibus decer-
nendis ac extendendis protestatione et propositione ipsa
de his latiore. Judicium Castrense Capitaneale Braclaviense in praesen-
tis Terminis Judicialibus lectis sententijs utrinque partis qui-
ex eisdem [illegible] et protestatione actorea partis ex hospitio Po-
[illegible] principium criminis deducitur necessariam [illegible]
nionem Judicij [illegible] ad prohibendum testimonium esse
duxerunt interea vero causam partem in deliberationem ad
sequentes Judiciales terminos pro celebrandos susceperunt et terminum
partis utrisque ad ulterius ea in causa procedendum paratum
et peremptorium conservaverunt. Hodierno itaque in termi-
no vigore praemissorum in modernos Terminos Judiciales legiti-
me devenientem et incidentem conservato. Partibus ipsis
utrisque Actorea per se, parte citata vero per [illegible]
[illegible] iudicio comparentibus et terminum attentantibus
ac mutuis controversijs inter se decertantibus citata vero
ad evasionem iuratoriam obedientem sese habente et pro-
piorem declarante. Actorea vero parte paratum ad prohibendum
testimonium iux[ta] anterius decretum [illegible] circa eius testi-
monium et sententiam ac protestationem se propiorem
uti in hoc tirannico et inumani scelere ad convincendum
ipsos citatos admittendam urgente. Judicium praesens Castrense
Capitaneale Braclaviense controversijs eiusmodem partium interes-
sentium [illegible] exauditis et intellectis eo attento quoniam
judicans praesentis in facie judicij partis corporali juramento

Persidus Pilsach Tabernator Posniecen perhibuit idem
testimonium quod in sombinium ciued sototeo partis inhas
obsolutum est ideo ad illud cum testimonijs aliorum testium
confrontandum esse duxit Lectis scriptis utriusque partis
et testimonijs ac circumstantijs accurate perpensis et diligen
ter animadversis ex eisdem propinorum hocorum partem
ad convincendum citatos in obiecto crimine quam ipsos
ad evadendo advenit et decrevit ut demum cum sex
testibus sibi similibus nobilibus juramento corporali
super effigiem Passionis Jesu Crucifixi citatos con:
vincat in eam juramenti rotam prout olim Nobilem Ni
colaum Grochowski maritum delatricis in tabernaculo
ceptum funibus ligaverint domum suam bonos gruchy igno:
miniose deduxerint et ibidem tirannice et crudeliter
trucidaverint immaniter interimerent et corpus exangue
in campos Brzozowskich exexerunt canibus et bestijs
in escam proponentes et devorare permiserint exindeque
poenas criminales promeruerint Deo omnipotenti ita
ipsum cum eius testibus adiuvante Ad quod quidem
juramentum per actricem praestandum et per citatos atten:
dendum ac id quod juris erit decernendum Judicium hic idem
in sequentibus judicibus terminis Lublinensibus partis utrique
terminum peremptorium praefixit et assignavit.
A quo decreto citati sentientes se gravatos ad judicia ordinaria
generalia tribunalis Regni Lublinensis appellarunt Cui appel:
lationem Judicium de consensu partium inter eandem Lit.
tigantium Podlachiae Dimians Branscen praxe celebrandi
admisit terminumque prosequendae et continuandae praesentis
appellationis in istis generalibus Tribunalis Regni Lublinensis dando
Regestro causarum Palatinatus Podlachiae Districtus Lubli
Lublini ad judicandas agitandas juridicandas partibus utrique prae:
sentem et peremptorium praefixit et assignavit.

Subditi Gnosi Poschi Juramentum

x.

Laboriosus Petrus Chyszewicz de Poschi Gebeshi vel subditus Gnosi Petri Poschi in habendo relatione ex obductione sua per ministerialem Regni Providum Stanislaum Kokorski ac Nobiles certos super Conflagratione domus suae in bonis Poschi in quarta parte mansi residens et totius substantiae die hodierna coram officio praesenti factae Juramentum super veram Conflagrationem eiusdem domus et relationis ministerialis comprobandae in forma Juris praevisa observata solemnitate Juramentorum ministeriali Regni nominato Provido rotham pronunciandam praestitit et debite expletus. Quod Judicium terrae audito eundem Chyszewicz a Contributione Regni a solutione quarumvis Contributionum tam agrariarum quam fumalium ab ista praesenti ad decursum quatuor annorum integrorum liberum fecit et pronunciavit.

Łopicki Juramentum

Famati Iwan Spenowicz et Nestor Klimowicz de villa Łopicki ad Civitatem Bielsko spectantes nomine suo et aliorum concivium conflagratorum antea eadem relatione ministerialis certum et Nobiles coram officio praesenti feria secunda post festum Sancti Michaelis Archangeli Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo octavo proxime transacto super Conflagratione in suburbio Bielsko dicto domorum octo in septem mansis et media quarta mansi residentes factae et recognitae Juramentum corporale super realitatem eiusdem Relationis quod octo domus in septem mansis et media quarta mansi cum horreis frumentis trituratis et non trituratis totaque substantia et supellectili domestica sunt conflagratae in praesentia officii praesentis observata solemnitate Juramentorum praestiterunt. Quo quidem Juramento interveniente officium praesens Castrense Capitaneale in habendo Relatione ministerialis Juramento comprobata eosdem concives perigrinantes damna passos a solutione quarumvis contributionum liberos fecit.